



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN


Annuae Litterae Societatis Iesv Anni MDLXXXII. Patribvs, Fratribusque
Societatis Iesv Gratia & pax Christi Domini, &c.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66514](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66514)

ANNVAE
LITTERAE
SOCIETATIS
IESV

Anni MDLXXXII.

PATRIBUS, FRATRIBUSQUE
Societatis IESV Gratia
& pax Christi Do-
mini, &c.



V M mihi sit deman-
datū à Superioribus,
vt referam in Anna-
les millesimi quin-
gentesimi nonagesi-
mi secundi res gestas earum Pro-
vinciarum, quarum ad nos in Vr-

* 2 Bern

beim commentarij peruenerunt ;
ea explicare institui non per do-
micilia, sed per capita rerum.
Quoniam id propius accedit ad
leges, & morem historiae, com-
modius accidit ad vsum exem-
plorum, magis implet aures ar-
gumentum totum sub vno titu-
lo compræhensum, quam idem
in incisa rerum diuersissimarum
connexione sparsum locis pluri-
mis; & multo maxime vt experi-
remur, dum non e singulis Colle-
gijs, sed è singulis Prouincijs vnū
corpus efficitur, vtrum sine vlla of-
fensione vitari posset ingrata illa
prolixitas, quæ nasci solet è repe-
titione rerū leuiorum, atque com-
munium. Siq; succederet ex vo-
to, ij quibus probaretur hæc ratio
eam proposito exemplo non di-

cama

eam imitari, sed perficere possent.
Quare studium domesticæ disci-
plinæ, susceptæ verberationes, la-
cere vestes, spiritualia exercitia,
obita Nosocomia, ægri, moribun-
di, publicæ custodiæ, patibula, ere-
pti a cæde, peccatis, periculis, sub-
latæ superstitiones, Societates cū
dæmone, pravi ritus, petitiones
iniustæ, constitutæ paces, connu-
bia, bonæ consuetudines: frequēs
concio, templum, & alia huius-
modi, quæ scimus communia es-
se, atque frequentia vniuersæ So-
cietati quanquam sunt multa lau-
de digna, solum tamen attingen-
tur cum aliqua singularis causa,
vel peculiare adiunctum ita facien-
dum esse persuaserit. Quæ aut ge-
nere aut nouitate, aut alia ratione
sint accommodata, verè ad Socie-
tatem

tatem

tatem pertineant, ac denique cum
dignitate proponi posse videan-
tur, ea persequemur omnia. Sup-
pediet nobis Christus IESVS tan-
tam copiam sui sancti Spiritus; vt
scriptores potius argumentis, quã
scriptoribus argumenta desint.



